

Johann Heinrich Fehse

**Viro Nobilissimo, Clarissimo Nec Non Doctissimo Domino Joanni Friderico
Berninkio, Fautori Suo Atque Amico Omni Pietate Colendo Ex Hac Academia
Abeunti Prospera Quaevis Apprecans ... Dictum Galat. 1.8. Breviter Exponit
Joannes Henricus Fehsius, Hamburgens ... : [Dabam Rostochii MDCCXXXIIII. d.
2. Aug.]**

Rostochii: Warningck, [1744]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn820550884>

Druck Freier  Zugang






fc-1619.

*Ex
Bibliotheca
Academicae
Rostochiensis*

Dyre
RD 1V. 183 p. 115.

V I R O
NOBILISSIMO, CLARISSIMO NEC NON
DOCTISSIMO
D O M I N O
IOANNI FRIDERICO
BERNINKIO,
FAVTORI SVO ATQVE AMICO OMNI
PIETATE COLENDO

*Bibliotheca
Academica
Rostochiensis*
EX
HAC ACADEMIA ABEVNTI
PROSPERA QVAEVIS APPRECANS
VT OPTATIS SVIS RESPONDEANT
SIMVLQVE!
DICTVM GALAT. 1. 8.
BREVITER EXPOSIT
IOANNES HENRICVS FEHSIVS,
HAMBVRGENS,
S. S. TH. C.



R O S T O C H I I ,
TYPIS MARTINI WARNINGCKII, AMPLISS.
SENATVS TYPOGRAPHI.

1700

A Y O
NOBISIMO, CARSIMONICTION
DOCTISSIMO
DOMINO
JOANNI FREDERICO
BERNINI
FATIGA SUA VITA E AMICO OMNI
PIETATIS EXQUISITUS
BIBLIOTHECA
ACADEMIA ROSTOCENSIS
HAC ACAD
EROSIERA
AT-OPATRIS SAE RASPOEDERENT
SINUOSAE
DICTUM GALLAT 18.
PRAEVIATOR EPONINT
JOANNES HENRICVS FESTIVVS.
HAMVAGENS.
C. 2. 2.
SENTA TUTOCRAPI
TYPIS MARTINI WARRINGENII, AMPLISS
ROS DETHI



VIR DOCTISSIME,
FAVTOR OMNI CVLTV PROSEQVENDE,
AMICE INTEGERRIME!



Jam aliquot anni elapsi sunt, quibus in hac alma Rostochiana liberalibus artius, praesertim studio theologico, sedulas admouisti manus. Ita autem in hoc cursu semel incepto es progressus, tantamque adhibuisti diligen-
tiam, ut omnibus, qui nomina sua in discentium nu-
mero profitentur, exemplo esse possis, quod sequantur. Jam
spem de TE bene conceptam quodammodo expleuisti, dum

A 2

differ-

dissertationem (a) nuperrime omnium applausu masculine de-
fendisti, quae promptitudinem TVAM publice declarauit, &
industriam haud obscure est testata. Perge & sic quoque pa-
tria habebit, quod in suae gloriae partem trahere possit. Ut
autem TV, abiturus, felicissime discedas omni eruditiois'ge-
nere instructissimus, in commune TVORVM gaudium so-
spes patriam repetas, sincerrimo ex pectore voueo. Fortunet
Numen diuinum vltiora studia TVA, & inter exteros a
latere TIBI sit. Tandem etiam, amicum TVVM deditissi-
mum, beneuolo fauori ac fauenti beneuolentiae TVAE ad-
scriptum, quaeſo, habeas. Accipe praefentes literas in tesse-
ram amicitiae haud fucatae, nec vitio verte, quod Thema
non tam ex rara & nunquam ante hac proposita, quam ea
potius elegerim, quae ab aliis quidem silentio non fuit prae-
terita, in vſu tamen quotidiano est ac frequentissimo. Ea e-
nim, quae ad quotidiana spectant, plenius sunt attingenda,
nec semper frequentia vilescunt, si iterata tractatio ad cla-
riorem eorum intellectum conducit. Haesitaui quidem diu,
quamnam susciperem pertractandam, ac cogitationes meae
nunc ad hanc, nunc ad illam erant versae. Dictum tan-
dem aliquod Paulinum hac occasione verbis explicare bre-
uiſſimis, & quantum meae permittent vires, conſectaria
quaedam ex illo deducere, constitui. Verum enim vero,
quod huic labori deest, id vt TVO fauore suppleas, tan-
tummodo enixe rogo.

Gal.

(a) *de opinionum vulgarium vſu poētico.* Sub Praefidio Viri usque ad
cineres colendi M. Aug. Joan. Dan. AEPINI, cuius epistola ad Nob.
Dnum Respondentem data, ea erit suppletura, quae mihi de lau-
de TVA deficiunt.

Gal. I. 8.

Άλλα καὶ έστιν ἡμεῖς, ἡ ἀγγελος εἴχερεν ἐναγγελίζηται ὑμῖν
πάρο ἐναγγελισάμεθα ὑμῖν, αὐτόθεντα έσω,

Verfio.

*Sed si & nos aut angelus e coelo euangelizet vobis
praeter id, quod euangelizauimus, anathema esto.*

Ad huius dicti euolutionem statim nos accingimus. Paulus, Galatarum quoque (b) apostolus, de seductione per Pseudo - apostolos facta ad hos scribendi occasionem summis, quam iis ob oculos ponere & simul stultitiam eorum ostendere voluit. Quod manifesto, non ex initio solum apparet, quum finito exordio sic incipit; (c) *miror, quod a Christo, qui vocauit vos per gratiam, adeo cito transferamini in aliud euangelium; sed etiam ex allocutione* (d) *o stulti inquiens, Galatae! quis vos fascinavit, ut non crederetis veritati, quibus praे oculis Iesus Christus ante fuit depictus, inter vos crucifixus?* Nullam alias heic ferme obserues exegetarum dissensionem. Praeter alios b. D. D. LANGIVS triplicem affert occasionem (e) nempe 1.) der falschen Apostel irrite Lehre 2.) der Galater Unbeständigkeit 3.) der Misbrauch der christlichen Freyheit. Sed si quid exquisitius seu subtilius quaeris, facile inuenies, duo priora rectius coniungi quam separari, ita, vt vna exinde proueniat occasio. Pseudo - prophetae enim Paulum nec ad scribendum mouissent, nisi Galatas in suas partes pertraxissent, nec Galatarum inconstantia locum inuenisset, nisi ad ipsos falsi illi Doctores accessissent (f). Iam notionem claram

B;

ac

(b) Gal. IV. 13.

(c) cap. I. 6.

(d) cap. III. 1.

(e) in seinem apostolischen Licht und Recht p. 482.

(f) Quod & iure optimo animaduertit Summe Reu. & Excell. D. D. Ioa. Christ. BVRGMANN (quem Numen sapientissimum omnigena ac exoptatissima cumulet prosperitate) in Collegio theol. exegitico - pract. in ep. d. Pauli ad Galatas. MScpt.

ac distinctam vocis Pseudo-apostoli eruere necessarium duco. Notio enim Pseudo-apostoli generalis falsitatem doctrinae infert, si vero strictius accipis, hi falsi erant doctores, forte ex Iudea aduenae & ex Iudaismo ad Christinismum conuersi (g), qui legum mosaicarum, maxime circumcisionis erant tenacissimi, & harum obseruationem cum fide in Christum esse coniungendam docebant (h). Hi erant seductores, quibus Galatae ab Apostolo hac epistola admonendi & in rectum tramitem reuocandi, aures & animos aduerterant (i). Hinc est, quod Paulus cum quaerela orditur, de Pseudo-prophetarum inspirata mutatione & ab euangelio vero discessione verba faciens.

Ex hoc definitio euangelii falsi exsurgit. Est enim, teste HVNNIO (k) nil aliud, quam *fucus & impostura contra verum & unicum euangelium Iesu Christi nequiter ex cogitata*. Quod sincero quidem euangelio vel plane contradicit, & penitus tollit; vel etiam quosdam forte huius articulos retinet, attamen doctrinas partim mutilando, partim addendo, partim false explicando peruerit, deprauat. Idem contigit in ecclesia Galatarum. Falsum enim Pseudo-apostolorum euangelium in se continebat dogmata de necessitate circumcisionis, & legalium caerimoniarum, aequa ac de iustificatione per opera impetranda, quippe quae ab euangelio Pauli erant prorsus aliena. Quin immo augusto hocce titulo minime est dignum, sed aequivoce sic appellatur (l).

Euangelium autem verum proprie & stricte dictum est concio gratiae, variis generis promissiones in se continens. Hoc erat, quod Paulus Galatis praedicauerat. Hoc erat,

(g) Sic suspicatur Iust. Christoph. SCHOMERVS (Theologus quondam Rostoch. celeberr.) exeges. in ep. Pauli minores. p. 1.

(h) quod patet ex c. IV. 9. 10. V. 10. VI. 12. 13.

(i) Conf. BVDDAEI eccl. apost. p. 119. sqq. p. 123. & HVNNII (seu potius Io. Henr. FEVSTKINGII) thesaur. apostol. p. 370.

(k) Cui hanc definitionem debeo. l. c. p. 374.

(l) Ut obseruat GLASSIVS Philol. sacr. p. 1491, 2011. sqq.

erat, quod auditoribus suis p^{re}a oculis posuerat. Hoc retinere illos oportebat, & de eo ne latum quidem vnguem erat discedendum. Eo enim tota tendit Apostoli exhortatio. Si & nos, inquit, vel egomet ipse, vel aliis Apostolorum aliud doceremus, nempe extra reuelationem (vti quidam explicant, & in sensu diuino, extra φόρας θεόπνευστον) quodsi & angelus e coelo, vel coelestis, pergit, euangelizaret praeter id quod euangelizauimus, anathema sit. Apostolus hic mentionem facit angeli de coelo, qui aliud euangelizaret. Superfedemus subtilioribus illis quaestiuulis, quae & eruditissimorum ingenia exercuerunt, e. g. an quidam inter angelos colloquendi sit modus? Philipp. PRESBYTER Lib. II. Comment. in lob. cap VII. de linguis angelorum ex hoc apostoli testimonio differit & affirmat (m).

Plurimis hoc in dicto Paulus figura quadam rhetorica vti videtur, qui de se ipso & collegis suis vt & de angello coelesti loquitur, falsum forsan euangelium praedicaturis. Christ. Eberh. WEISMANN (n) locutionem, inquit, *hanc esse hyperbolicam i.e. impossibilem, quilibet videt.* Sic SCHOMERVS (o) cum ISID. CLARIO, GLASSIO & CALOVIO At enim vero si τὴ hyperbole est mendacii species (p), quam QVINTILIANVS audacem vocat ornatum (q) seu figura, qua vtimur, dann, wann man der Wahrheit sparen will (r) omnino iure optimo nego, praeterea, quod heic non ponitur

(m) Conf. Dion. PETAVII dogmata theologica. Tom. I. Vbi de Anlis Lib. I. c. XII. §. 2.

(n) Institut. theol. exeget. dogmat. p. 1016.

(o) ad h. l. p. 3. *hyperbolica*, inquit, *hae hypothefi, apostolus vult retundere autoritatem, quam noui hi doctores apud Galatas ex qua cunque causa habere poterant.* Reliquos non attingam.

(p) vt disquirit HACKSPANNVS Miscell. p. 202. sqq.

(q) vid. FABRI Thesaur. erud. Schol. Lit. H. Hyperbole.

(r) Sic enim CICERO graece ad Atticum Lib. V. ep. vlt. Non ἀπερβολικῶς, sed verissime loquor, Adde Lib. VI. ep. 2.

tur vel necessitas, vel contingentia accidentis, sed necessitas consequentiae insinuatur. Sanctus q̄imirum orator rem vt horum fert opinio posuit impossibilem. Impossibilitas autem opponitur possibilitati, & inuoluit contradictionem (s). Sic haec locutio ab impossibili desumpta esse quidem videtur, & de facto est impossibilis, apostolum, qua tales, falsitates proponere posse. Quapropter & eiusmodi hominem angelo, infallabili doctori aequiparet Paulus. Sed nonne apostoli nouum sibi induere animum? Nonne & hi per falsos doctores a pietate deduci, eorumque versutia deprauari possunt? Quis negabit. Nonne adsunt exempla, aut desunt nobis forsan documenta? Hic habes Petrum, quem Deus eligebat ad homines capiendum ~~zum~~ Menschen Fischer, siue ad apostolum (t) vt & per doctrinam & per vitam euangelium verum proponere deberet; ast errauit, & tantum absfuit, vt IESUM Christum depraedicaret, vt potius se hunc vñquam agnouisse neget, atque execretur (u). Idem exemplo quoque Iudee probare possem. Sed sufficiat. Consentit Vir celeb. D. D. LOESCHERVS, omnium rectissime Pauli sensum perspiciens (w). Hanc, inquit, conditionem esse didacticu[m] & medicinalu[m]. Occurritur enim prauae hominum curiositati, noua semper & meliora exspectantium, cum optima iam haberent. Huic igitur peruersae cupiditati medetur apostolus, non concedens aliquid Galatis, sed fortiori modo istam rescindens (x). Ponatis itaque, est mens apostoli,

(s) per principia methaphysices.

(t) Matth. IV. 19.

(u) Matth. XXVI. 70. 72. 74.

(w) in Stromat. siue diss. sacr. p. 38.

(x) quam sententiam approbavit b. Vir summe Reuer. Ioa. Christ.

WOLFIVS curis philologicis in IV. prior: S. Pauli epist. p. 695.
Conf. quoque SVICERVVM, Tom. I. p. 46

postoli, me vobis nunc alias proponere veritates (quod esset in se possibile); posito, angelum coelestem (persona angelica induitum) vobis praedicare euangelium diuersum (quod esset in se possibile, alias Apostolus sic non locutus esset, et si possibilitatem non inspectamus. Nonne diabolus, spiritus astutissimus, qui se transformare solet in angelum lucis, hominibus potest apparere ?) (y) ab illo quod vobis inculcaui, aures prius vestras scalpendum, quam illis credendum vestri est officii. Apostolus itaque contemplatur auditores suos ut oves aberrantes, nescientes, quis verus pastor, bonus & legitimus. Eheu ! quamdiu vobis imponent falsi doctores, quando viriliter agere placebit (z), estis adhuc pueri, qui fluctuant & circumferuntur quoouis doctrinae vento ? (aa)

Pergo : *si & nos aut angelus de coelo vobis praedicaret euangelium PRAETER id, quod euangelizauimus, anathema sit.* Descendendum nobis iamiam erit, vt 1) disquiramus, quomodo γέ παρά sit vertendum ? 2) vt vocem ἀνθημία eiusdemque significatum manifestemus. Quod ad praepositionem παρά attinet, tribus absoluam verbis. Παρά cum Accus. significat praeter, extra, contra : non tantum contrarium sed etiam diuersum euangelium (bb). Vrget BELLARMINVS, & ni fallor, cum illo alii: apostolum agere contra eos, qui docebant, seruanda esse legalia, cum ipse docuisse, non esse seruanda; ergo γέ παρά idem esse ac contra. Qvod quidem largimur quam lubentissime hacce modo addita limitatione, vocis παρά significationem non solum esse contra, sed etiam praeter, & γέ παρά non esse restringendum, vt nihil aliud significet, quam contra. Etenim non est, quod men-

B

tem

(y) Nota est historia, quod sub forma B. LVTHERI diabolus MELANCHTONI apparuerit :

(z) I. Cor. XVI. 13. & Ebr. V. 12. 13.

(aa) Eph. III. 14.

(bb) Vid. SCHOMERVVM I. p. 3. sq.

tem apostoli tam arctis circumscribamus limitibus. Siquidem si ille posterius tantummodo indigitare voluisse, particulam *avī* vel eius modi aliam, non nisi contrarium inuoluentem adhibuisse. Latius autem patet *q̄o* praeter, quam contra

Quaecunque enim sunt contra, sunt quoque praeter, sed non vice versa. Datur falsum euangelium utriusque generis (quemadmodum iam diximus). Vtrumque Apostolus etiam reiicit, & Galatas, vt neutrum accipient, adhortatur. Nulla doctrina tamquam necessaria ad salutem est praeter illam doctrinam apostolicam proponenda, quod ex plurimis Scripturae S, locis confirmatur, e quibus unicum duntaxat allegabimus, nimirum 1. Tim. I. 3. μη ἐνέργειαν θωτακαλεῖν. Nec contra verum illud euangelium quicquam est proponendum secundum effatum Jes. VIII. 29. Legem & contestationem consulanto: non loquuntur in sententiā illam, cuique nulla est lucis scintilla? Apostolus, cui salus aeterna Galatarum curae cordique erat, exacerbatur & aegre fert execrandam illam seductionem, quam falsi apostoli intendebant. Quapropter illos diris vobet, & omnes qui eos sequerentur vel horum vestigia essent pressurii. Notandum est vocabulum *avāθημα*, quo hanc in rem vtitur. Generaliter hocce rem expositam, & deuotam significat. Speciatim rem Deo notat deuotam, & a vulgari ac communissima separatam. Catachrestice denotat rem exitio destinatam & execrandam (cc) D. HIERONYMVS annotat vocem esse propriam Iudeis, qua extremam detestationem significare soleant, & interpretatur per: *abominabilis vobis sit.* Hac voce Paulus extreum exitium (dd) rem-

que

(cc) Vocis huius significationes inuenies in Christ. STOKII clau. linguae sanctae N. Tti p. 975.

(dd) v. g. Rom. VIII. 3. *avāθημα εἴναι ἀπό τὸ χριστόν*, anathema esse a Christo; quasi dicat, quiddam sepositum a Christo. Cor. XII. 3. *avāθημα εἰστὶ λέγει*, dicit anathema Iesum esse; i. e.: maledicit & execratur Iesum.

que Deo ac piis cunctis detestabilem, & omnibus modis su-
giendam significare solet. Hoc in significatu voce illa prio-
rum seculorum patres sunt vni, penes quos adhuc eiusmo-
di plures in usu fuerunt, quas collegit SELDENVS (ee)
Annotauit idem, syriacam versionem ibi **בְּחֵיא חָרֶם** esse
Cherem, **ebraice** **חוֹרֶם** seu **חוֹרֶה** haberi in statu e-
ius, in quem sententia **Cherem** siue excommunicatio sic di-
cta lata est (ff). Quam significationem alii vernaculis suis
substituunt, ut germani, der sey verflucht, execrandus ba-
beatur, quibus consoni Belgae. Et Galli *qu'il soit execu-*
cration. Angli Reformati *let him be accursed,* & WICLE-
SIVS *be he accursed.* Nihil igitur enucleandum restat, quod
ad dicti huius intelligentiam pertineat. Concedimus quidem,
comma sequens cum nostro cohaerere, sed ut & hoc plena-
riam contineat propositionem, nemo inficias ibit. Qua-
propter nec B. L. in malam accipiet partem, si nos breuita-
ti studentes hic subsistimus, id quod & alii temporis
reseruemus.

Vt autem promissis meis omnibus satisfaciā, dedu-
ctiones quasdam ex dicto meo hucusque explicato, face-
re liceat, quae immediate sine villa pressione ex eodem
fluere videntur.

CONSECTARIUM I.

Si angelus de coelo non habet potestatem aliquid in
Christi euangelio permutandi, multo minus ecclesiae Scri-
pturam S. pro suo arbitrio interpretandi conuenit potestas;
Ergo, apage Papa!

CONS. II.

Vnum & unicum est euangelium verum, alioqui ne vi-
lum quidem, Ergo, unicum tantummodo est salutis nostrae
principium, adeoque hic est Scripturae sufficientia.

CONS.

(ee) de Synedriis, Lib. I. Cap. VIII. p. 139.

(ff) loco citato, p. 112.

CONSECT. III.

Non quilibet in sua religione potest saluari.

CONSECT. IIII.

Doctrina apostolica est perfectissima.

CONS. V.

Euangelium verum est potentia Dei ad salutem omni credenti ; Ergo , omnis benedictio euangelica maximi est momenti, grauissima & splendiferissima ; Ergo , execratio seu anathema, in benedictionis impedimenta facta, per euangelii adulterationem positum , est maximum , detestabile & per Secula Seculorum permanet.

Haecce consecraria deducta eiusdem sunt conditionis, vt a quolibet rerum theologicarum gnaro facilissimo negotio resolui queant , id quod nos propter temporis penuriam haud efficere potuimus.

Adest hic: AMICE DILECTISSIME, id quod praestare debui. Nil addo, quam quod de TVA erga me benevolentia, TE hasce quoque literas bene esse suscepturnum, amicitiaeque nostrae coniunctissimae nunquam oblitum, mihi certe persuadeam. Interim vale , & mihi faue.

Dabam Rostochii ccccxxxxiii.

d. 2. Aug.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn820550884/phys_0018](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn820550884/phys_0018)

DFG


F. Reppien.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn820550884/phys_0020](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn820550884/phys_0020)

DFG



piis cunctis detestabilem, & omnibus modis significare solet. Hoc in significatu voce illa prium patres sunt vni, penes quos adhuc eiusmodi fuerunt, quas collegit SELDENVS (ee) dem, syriacam versionem ibi נָרָא חֲרֵם esse bracie נָרָא חֲרֵם seu נָרָא חֲרֵם haberi in statu e- in sententia Cherem sive excommunicatio sic dicitur. Quam significationem alii vernaculis suis ut germani, der sey verflucht, execrandus habibus consoni Belgae. Et Galli qu'il soit execratus Reformati let him be accursed, & WICLEF accursed. Nihil igitur enucleandum restat, quod s'intelligentiam pertineat. Concedimus quidem, iens cum nostro cohaerere, sed ut & hoc plenaeat propositionem, nemo inficias ibit. Quia B. L. in malam accipiet partem, si nos breuitate hic subsistimus, id quod & alii temporis promissis meis omnibus satisfaciam, deducam ex dicto meo hucusque explicato, facie quae immediate sine vlla pressione ex eodem sur.

CONSECTARIUM I.

clus de coelo non habet potestatem aliquid in gelio permutandi, multo minus ecclesiae Scripto suo arbitrio interpretandi conuenit potestas; ne Papa!

CONS. II.

& vnicum est euangelium verum, alioqui ne videtur, Ergo, vnicum tantummodo est salutis nostrae adeoque hic est Scripturae sufficientia.

CONS.

driis. Lib. I. Cap. VIII. p. 139.
ato, p. 112.